

sanguis eius.“⁶⁴ Heb. 13: „Scortatores et adulteros iudicabit Deus.“⁶⁵ v, „Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt“, Matth. 5,⁶⁶ Luc. 6: „Qua mensura mensi fueritis, eadem reddetur vobis.“⁶⁷ Prouer. 22: „Qui iniuriam facit pauperi, egebit.“⁶⁸ [39:] Prouer. 12: „Abominatio Deo sunt labia mendacia.“⁶⁹

An non lex Mosi est abrogata iuxta dictum: „lex et prophetae
vsque ad Iohannem“⁷⁰ 5

Discernendae sunt partes legis Mosaicae: Alia est lex moralis, cuius summa est comprehensa in decalogo. Haec non potest aboleri et manet aeterna et immota obligatio ad^w obedientiam in omnibus hominibus. Aliae vero sunt leges forenses et caeremoniales, quae fuerunt latae, vt durarent ad certum tempus 10 donec mansura erat politia Mosaica. Quare deleta politia Mosaica, hae leges simul sunt abolitae et prorsus sunt extinctae, nisi in quantum aliquae ex his habent aliquid morale aut naturale.

^{v-v} Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.: E.

^w Korrigiert aus „ab“ nach E.

⁶⁴ Gen 9,6.

⁶⁵ Hebr 13,4.

⁶⁶ Mt 5,8.

⁶⁷ Lk 6,38.

⁶⁸ Prov 22,16.

⁶⁹ Prov 12,22.

⁷⁰ Lk 16,16.